

### Introït.

Sag.,  
1, 7.



**S**PÍRITUS Dómini  
replévit orbem  
terrárum : et  
hoc, quod cón-  
tinet ómnia, sciéntiam  
habet vocis. — *Ps.* Ex-  
súrgat Deus, et dissipén-  
tur inimíci ejus : et fú-  
giant, qui odérunt eum  
a fácie ejus. *Ÿ.* Glória Patri.

*Ps.*  
67, 2.

**Oratio.** — Deus, qui  
corda fidélium Sancti  
Spíritus illustratióne do-  
cuísti, da nobis in eódem  
Spíritu recta sápere, et  
de ejus semper consola-  
tióne gaudére. Per Dó-  
minum... in unitáte ejús-  
dem Spíritus Sancti.



**L'**ESPRIT du Seigneur  
remplit l'univers, et  
comme il contient  
tout, il connaît tout  
ce qui se dit. — *Ps.* Que Dieu se  
lève, et que ses ennemis soient  
dissipés, et que ceux qui le haïs-  
sent fuient devant sa face. *Ÿ.*  
Gloire au Père.

**Oraison.** — Ô Dieu, qui avez  
instruit les cœurs des fidèles  
par la lumière du Saint-Esprit,  
donnez-nous, par le même Es-  
prit, de goûter ce qui est bien  
et de jouir sans cesse de la con-  
solation dont il est la source.  
Par Notre-Seigneur... en l'unité  
du même Esprit-Saint.

*Act.*,  
8,  
14-17.

**Lectio Actuum** Apost.  
— In diébus illis : Cum  
audissent Apóstoli, qui  
erant Jerosólymis, quod  
recepisset Samaría ver-  
bum Dei, miserunt ad  
eos Petrum et Joánnem.  
Qui cum venissent, ora-  
vérunt pro ipsis ut accí-  
perent Spíritum San-  
ctum : nondum enim in  
quemquam illórum véne-  
rat, sed baptizáti tantum  
erant in nómine Dómini  
Jesu. Tunc imponébant  
manus super illos, et acci-  
piébant Spíritum Sanctum.

Lecture des **Actes** des Apô-  
tres. — En ces jours-là, quand  
les apôtres, qui étaient à Jérusa-  
lem, eurent appris que les habi-  
tants de Samarie avaient reçu la  
parole de Dieu, ils leur envoyè-  
rent Pierre et Jean, qui, étant  
venus, *prièrent pour eux, afin  
qu'ils reçussent l'Esprit-Saint :*  
car il n'était encore descendu  
sur aucun d'eux, mais ils  
avaient été seulement baptisés  
au nom du Seigneur Jésus.  
*Alors ils leur imposaient les  
mains, et ils recevaient l'Esprit-  
Saint.*

Ps.  
32, 12  
et 6.

**Grad.** — Beáta gens  
cujus est Dóminus Deus  
eórum : pópulus, quem  
elégit Dóminus in hære-  
ditátem sibi. *Ÿ.* Verbo  
Dómini cœli firmáti sunt :  
et Spírítu oris ejus omnis  
virtus eórum.

**Tractus.** — Emítte Spí-  
ritum tuum, et creabún-  
tur : et renovábis fáciem  
terræ. *Ÿ.* O quam bonus  
et suávis est, Dómine,  
Spírítus tuus in nobis.  
*Ÿ.* (*Híc genuflectitur*).  
Veni, Sancte Spírítus, re-  
ple tuórum corda fidé-  
lium : et tui amóris in eis

**Grad.** — Heureuse la nation  
qui a le Seigneur pour son Dieu,  
heureux le peuple qu'il a choisi  
pour son héritage. *Ÿ.* Les cieux  
ont été affermis par la parole du  
Seigneur, et toute leur armée,  
par le souffle de sa bouche.

**Trait.** — Vous enverrez votre  
souffle, et ils seront créés, et  
vous renouvellez la face de la  
terre. *Ÿ.* Ô Seigneur, que votre  
esprit est bon et doux en nous.  
*Ÿ.* (*Ici on s'agenouille*). Venez,  
Esprit-Saint, remplissez le cœur  
de vos fidèles, et allumez en eux  
le feu de votre amour.

Ps.  
103,  
30.

✠ Seq. S. Evangélii  
sec. Joánnem. — In illo  
tém pore : Dixit Jesus di-  
scípulis suis : Si quis díli-  
git me, sermónem meum  
servábit, et Pater meus  
díliget eum, et ad eum  
veniémus et mansiónem  
apud eum faciémus : qui  
non díligit me, sermónes  
meos non servat. Et ser-  
mónem quem audístis,  
non est meus ; sed ejus,  
qui misit me, Patris.  
Hæc locútus sum vobis,  
apud vos manens. Pará-

clitus autem Spíritus  
Sanctus, quem mittet  
Pater in nómine meo, ille  
vos docébit ómnia, et  
súgget vobis ómnia  
quæcúmque díxero vo-  
bis. Pacem relínquo vo-  
bis, pacem meam do vo-  
bis : non quómodo mun-  
dus dat, ego do vobis. Non  
turbétur cor vestrum, ne-  
que formídet. Audístis  
quia ego dixi vobis : Va-  
do, et vénio ad vos. Si  
diligérétis me, gauderétis  
úti que, quia vado ad Pa-  
trem, quia Pater major  
me est. Et nunc dixi vo-  
bis priúsquam fiat : ut  
cum factum fúerit, cre-  
dátis. Jam non multa  
loquar vobíscum. Venit  
enim princeps mundi hu-  
jus, et in me non habet  
quidquam. Sed ut co-  
gnóscat mundus, quia  
díligo Patrem, et sicut mandátum dedit mihi Pater, sic  
fácio. — **Credo.**

✠ Suite du S. Évangile s. S.  
Jean. — En ce temps-là, Jésus  
dit à ses disciples : Si quelqu'un  
m'aime, il gardera ma parole, et  
mon Père l'aimera, et nous vien-  
drons à lui, et nous ferons chez  
lui notre demeure. Celui qui ne  
m'aime point ne garde pas mes  
paroles ; et la parole que vous  
avez entendue n'est pas de moi,  
mais de celui qui m'a envoyé,  
du Père. Je vous ai dit ces cho-  
ses pendant que je demeurais  
avec vous. *Mais le Paraclet,*  
*l'Esprit-Saint, que le Père en-*  
*verra en mon nom, vous ensei-*

*gnera toutes choses, et vous rap-*  
*pellera tout ce que je vous ai*  
*dit, je vous laisse la paix, je*  
*vous donne ma paix ; ce n'est*  
*pas comme le monde la donne*  
*que je vous la donne. Que vo-*  
*tre cœur ne se trouble pas, et*  
*qu'il ne s'effraye pas. Vous avez*  
*entendu que je vous ai dit : Je*  
*m'en vais, et je reviens à vous.*  
*Si vous m'aimiez, vous vous*  
*réjouiriez de ce que je vais*  
*auprès du Père, parce que le*  
*Père est plus grand que moi.*  
*Et je vous ai dit ces choses*  
*maintenant, avant qu'elles n'ar-*  
*rivent, afin que, lorsqu'elles*  
*seront arrivées, vous croyiez.*  
*Je ne vous parlerai plus guère*  
*désormais ; car le prince de*  
*ce monde vient, et il n'a aucun*  
*droit sur moi ; mais il vient*  
*afin que le monde connaisse*  
*que j'aime le Père, et que je fais*  
*ce que le Père m'a ordonné. —*  
**Credo.**

S.  
Jean,  
14,  
23-31.

Ps.  
67,  
29-30.

**Offert.** — Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis : a templo tuo, quod est in Jerúsalem, tibi offerent reges múnera, allelúia.

**Secr.** — Múnera, quæsumus, Dómine, oblata sanctífica : et corda nostra Sancti Spíritus illustratióne emúnda. Per Dóminum... in unitate ejúsdem.

**Comm.** — Factus est repente de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, ubi erant sedéntes, allelúia : et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei allelúia, allelúia.

**Postcomm.** — Sancti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infúsió : et sui roris íntima aspersiÓne fœcúndet. Per Dóminum... in unitate ejúsdem.

**Offert.** — Affermissez, ô Dieu, ce que vous avez fait parmi nous, dans votre temple de Jérusalem, les rois vous offriront des présents, alléluia.

**Secr.** — Rendez saints, nous vous en supplions, Seigneur, les dons qui vous sont offerts, et purifiez nos cœurs au moyen de la lumière du Saint-Esprit. Par Notre-Seigneur Jésus-Christ... en l'unité du même Esprit-Saint.

**Comm.** — Tout à coup il se produisit, venant du ciel, un bruit comme celui d'un vent impétueux, *(et il remplit la maison)* où ils étaient assis, alléluia. Ils furent tous remplis du Saint-Esprit, annonçant les merveilles de Dieu, alléluia, alléluia.

**Postcomm.** — Seigneur, que l'infusion de l'Esprit-Saint purifie nos cœurs et qu'elle les féconde en les pénétrant de sa rosée. Par Notre-Seigneur... en l'unité du même Esprit-Saint.

A. A.,  
2,  
2 et 4.